eidem inesse quia nulla est ratio impossibilitatis vel incopossibilitatis. quodcumque enim illo potest per se inesse et quodcumque cum quoque potest simul inesse quia non opponuntur. et quocumque simul possunt inesse quia ex pluralitate inherenti non sequitur noua impossibilitas. et sic sequitur cuiuscumque obiecti potest inesse anima christi: ita et visiones duorum obiectorum sicut non repugnat aliter non possit se videbeat et aliquid aliud in verbo. et ita cum semper videat se beatam in verbo: non posset aliqd aliud videre in verbo. nec quocumque multitudo ponit nouam impossibilitatem patet nec nouam oppositionem quod est oppositio illa est alicuius ad aliquod intellectum creatum. primo. quia receptivus est propriam rationem receptivum non est in se perfectus si sit in actu secundum suas potentias quam si sit in potentia respectu actus quod appetit quia ipsi actus sunt extra rationem receptivum. et patet in exemplo de matre et fortiori si est in actu secundum omnes suas potentias passiuas quam est in potentia ad actus. Sed intellectus est simul in potentia ad infinitas visiones. patet. non quod est in potentia ad quocumque actu ex natura sua et simul in potentia ad omnes non sequeretur tunc maior infinitus quam modo. Quod si dicas quod non est capax omnium simul. falsum est quia simul est in potentia ad omnes. ergo simul potest habere omnes in actu cum non sit oppositio illorum actuorum nec requiratur in receptivo aliquid sibi repugnans. Terterea sicut dicitur in sequenti questione si anima christi nouit omnia singularia in proprio genere hoc est per se propria et ita infinitas. quia singularia possunt esse infinita. non plus autem repugnat intellectui infinitas visionum quam specierum intelligibilium.

quia et si visiones sint aliquo modo perfectiores speciebus. non tamen requiriunt aliam rationem receptivam. **T**onfirmat ista positio quod etiam hoc sit de facto. p. illud Aug. xv. de tr. c. xv. fortassis non erunt ibi cogitationes volubiles. quod licet sit dubium de beatis. videtur tam proba bile de ista anima tanquam beatissima quod in ea non erunt tales cogitationes. quod quecumque nouit habitualiter potest noscere actus liter. **H**oc confirmas quer Damal. lxvii c. dicente quod ista anima habuit presentem futurorum. **H**ec autem scientia non videtur habitualis quia futura contingentia non sunt nata cognoscendi sive in se sive in verbo nisi intuitiva. **P**reterea actus secundus est perfectior actu primo. et ita esset perfectior si cognosceret se omnia videre quod si habitualiter cognosceret. sed oportet ostender impossibilitatem huius ad hoc quod perfectio ista deficit isti aise. si ergo rationes adducte ad hoc probandum sunt solubiles. videtur quod oppositum tanquam probabilius sit tenendum. **P**reterea actus glorie non videretur interruptus et ideo non quandoque citra unum et quicunque citra aliud.

Non potest dici quod conclusio ista possit ponere duobus modis. uno modo quod anima christi haberet unam visionem respectu verbi ut primi obiecti et omnium obiectorum relucientium in verbo ut secundorum obiectorum. ad que obiecta secundaria haberet respectus distinctos. nec sequeretur infinitos actus fundant respectus huius. quia obiectum non habet esse in actu. **A**lio modo possit ponere quod respectu cuiuscumque obiecti est propria visio. ita quod esset simul infinita visiones receptae in actu a verbo causatae et secundum istam viae secundum oportet ponere aliquam infinitam. quod videtur dicere multis auctoritatibus phorum et sanctorum. **S**i primus modus ponitur non propter hoc sequitur visionem illam esse formaliter infinitam sicut est visio divina. ipsa nam non esset comprehensiva primi obiecti nec necessaria ex perfectione sua esset obiectorum secundorum. sed posset esse idem actus dato quod esset trini primi obiecti sed visio divina ex perfectione sua est necessaria sui et aliorum. **S**ed dato quod posset recipere unam visionem respectu infinitorum vel infinitas visiones. dubium est an respectu illius unius vel illarum plurium si sint: possit haberi iste intellectus creatus rationem eliciti. videtur quod sic. quod intellectus elicit intellectum ut est prior naturaliter intellectione. sed per hoc quod aliqua intellectio est elicita nihil perfectioris auferit sibi pertinenter ad ipsum ut est prior naturaliter intellectum. igit nec per unam intellectum elicitem aut sicutur sibi potentia elicendi alia. **C**onfirmat quia quacumque istarum infinitarum posset elicere si tunc alia non elicere sed licet tunc alias eliciat eque perfectus maneat in se in quantum est alterius elicitus. ergo potest aliam elicere. **O**ppositum videtur quia quecumque virtus actualia sunt potest habere aliquem effectum adequatum intensius et extensius plures ita quod plures illis non potest simul causare. igit nullus intellectus creatus potest elicere visiones infinitas. **E**t tunc ad primas rationes de prioritate eliciti ad effectum esset dicendus quod aliquod prius potest habere aliqua posteriora ultra que non potest simul. et ita licet nihil sibi tollatur in se ut est prius per hoc quod causat unum posterius non tam potest simul quodcumque causare.

Sed ista via tertia non placet. neque quod infinita videat elicitive neque simul recipiendo visiones. sed infinitas infinitorum vel unam visionem infinitorum potest dici quod videtur omnia habitualiter non tam actualiter exponendo dicitur. hoc modo. quod per aliquem actu videretur et per illum actu omnia relucentia in verbo sunt sibi praeterea actu primo. et per hoc habitualiter notum. quia generaliter loquendo illud de habituali notum cuius est actus

primus sufficiet ostēsiu^m. non est ergo aliquis vnu^s habitus in aia illa qui vni ca sua rōne ostendat infinita. sed actus quo videt verbū primo est actus p̄mus quo sibi relucet omnia que lucet in vbo et hoc qz verbū est sibi manifestū ut spe culū voluntariū rep̄trans oia. 2^m. l. qz n̄ actualiter declarat qz exprimur et atten-
tio circa plura obiecta est min^s pfecta.
et iō v̄ qz impossibile sit potentia finita pfecta attentioe videre infinita simul.
P̄terea si actualiter videret infinita. pfectio illius aie in infinitū excederet p-
fectionē alterius aie qd v̄ incoueniens et per hoc adduci p̄t illō Auicē. v̄l. nā.
par. 4. c. 2. qz in sapia creatoris nō est oc-
cultatio nisi fm receptibilis qz licet ver-
bū ut voluntarie ondēns oia sit p̄nī vo-
luntarie illi aie. ipsa tñ non p̄t simul oia
recipere. sed qdlibet signallatim et ita potest
videre quodcūqz de nōtio infinitoz ad
quod se conuerit. Et si obiectas qz ita
p̄t quilibet beatus videre quodlibet in
vbo non simul. Dico qz verbū cuiuslibz
alij beato est speculū rep̄tans determina-
ta ultra que non potest velle ordinate
vide alia fz huic est speculū rep̄tans oia
et ideo ipsa p̄t ordinata velle vide oia
quotcūqz infinitoz ad que est in poten-
tia p̄pinqia ad videntū sicut si esset sibi
p̄t p̄tia per p̄prium habitū vel p̄ aliquē
actū primū cognitū qui posse dicitur.

Ad argumenta princi-
palia.
Ad primū patet quo posset nosce infini-
ta. Ad 2^m et si ille illuminatiōes sint ordina-
te non tñ fm ordinē naturaz sed grāz
et iō primo huic aie et ab hac illuminant an-
geli. Ad confirmationem hui^r rōnis dico
qz aia q̄tum ad illā actionem qz creature
dī illuminare creaturā potest illuminare an-
geli sicut econuerlo. quia in patria ani-
me beatoroz habebunt eundez modū lo-
quenā quem angelī. et ideo si alicui aie
reuelef prius aliqua veritas in verbo qz
angelo poterit illuminare angelū dī illa

veritate. sicut angel^r posset illuminare aia
si prius esset revelata angelo. Ad illō
de cā et effectib^r et p̄portio cā ad effect^r
et p̄ncipij ad conclusiones p̄ ex improbat^r
one illius op̄i.

Ad illa p̄ 2^m op̄i. qz non possit
mu cu dī qz virtus infinita nō plus pos-
set qz videre infinita. Iz sit vez extensio
nō tñ est vez intensio. posset. n. pfecti^r
videre illa qz aliqua virtus finita qz act^r
eius esset int̄erior fm pfectōem et viutez
maiorē. Ad aliud cu dī qz in infinituz
indistinctias videret infinita. potest dici
qz videre indistincti^r respectu pluriū nō
necessario est ex pre intellectus ut recip-
tū sed solū ut elicitū. posset. n. recipie
visiones eque distinctas pluriū sicut pa-
coz. et ita si rō valerer p̄cluderet solū qz
intellectus nō possit esse elicitū respectu
infinitaz visionū. sed potest dici qz nec
hoc cocludit. qz et si de facto intellectus
noster indistincti^r intelligat pla qz pau-
ca. hoc tñ nō necessario p̄uenit sibi dī rō
ne sua qz intellectus est hor actu elictio
sed ex aliqz p̄comitāte qz non est necesse
ponere i intellectu xp̄i. Ad 3^m infinitas
extēsiua ad aliqz ut ad formaz recipiēdas
nō p̄cludit infinita entitatē receptiu. sic
p̄z de mā si eēt receptio infinitaz formaz
imo magi p̄cludit ipfectōez. Ad infinitas
extēsiua ad aliqz ut ad effect^r sif cābiles
p̄cludit infinitatē intēsiuā eo qz tal plati-
tas p̄cludit maiorē pfectōez i eo qz ad
pla se extēdit. nō ita de receptio. si tñ tel-
lect^r ponit elicitū infinitoz dico qz nec
illa infinitas extēsiua p̄cludit infinitatē
intēsiuā intē. Iz obi qz obm̄ ē cā pncipal
actia respectu illaz visionū et n̄ intellectu

Ertio queritur
vz aia xp̄i nouerit oia in ge-
nere pho. et arg^r qz nō. Iuc. 2. Ihesu^r p-
ficiet etate et sapia corā deo et hōibus
qz si exponat qz pfect fm apparentiā. Et
hoc est Amb^r. 4. de. s. s. et ponit i littera

vbi ipse concludit sūisse aliquē aliū sensu & diuinū. qz fin aliquē sensu pfectit non aut fin diuinū. sed hec pbatō nihl valeret si deberet intelligi solū d. pfectu fin apparentiā. qz etiā fin intellectū diuinū posset plus ostendere de sapia. Preterea ad hebre. pmo didicit ex his que passus est obedientiā. Preterea fuit viator. iñgib habuit cognitōem pfectentē viatoris. illa autē fin qz determinat ph. p. metha. & 2° posteriori in fine est ex multis actibus. g. & tc. Preterea fuit rōnalis iñgib potuit in actu pfectentē rōali ut rōale talis est discurrendare a notis ad ignota. & ita p notitiā taliū ignotorum discurrendo potuit discere aliqd nouū. Contra nullā ignorantiam habuit fin m̄grīm qz non expediebat nobis xp̄z assumere defectū illum. Preterea angelī noucrūt omnia in genere ppxio. g. multomagis oia ista que ut superius dictū est fuit pfecta summa pfectōe supnālī. & pari rōne summa pfectōe nālī.

Dic distinguuntur.

de cognitōe infusa & acq̄sita. & q̄tū ad prima nouit oia p aliq̄ infusa. puta per spēs intelligibiles a deo infusas. & q̄ ad hoc nō potuit pfectere. sed q̄tū ad cognitionē acq̄sita potuit pfectere qd̄ pbat qz habuit intellectū agentē & possibile sicut & nos quoꝝ opatio ppxia est abstrahet h̄l̄ spēs intelligibiles & illas recipit. lḡ i h̄ poterat ille potētē in xp̄o. spēs at intelligibil vel est scia obiecti vel est pnci necessariū sciēdi. Adtra p̄clonem arḡ ex dictis opinant qz fin cū duo accētia eiusdē spēi nō pnt esse simul in eodē. sed cognitio infusa & acq̄sita rei in ppxio genere si eiusdē spēi. Et si dicat qz pnt distingu spē sicut matutina & vespina. Contra ille cognitōes si fin ppxia rōez obi ut. s. est pns in se & in verbo sint due cognitōes vespina. s. & matutina acq̄sita & infusa dicunt h̄c idē obiectū & so differunt penes cas efficiētes. sicut h̄o cre-

atus & genitus nāliter. s̄z talis dī. cāp n̄ distinguit cognitōem formalē fin Aug. ad deo gr̄as. & Amb. de incarna. dispi tas ortus nō facit dī. n̄. ut p̄z de adaz et nobis. Preterea contra p̄cloem in se. et si due cognitōes eiusdē spēi pnt s̄l̄ ee in eodē. nō tñ due pfecte eiusdē obi & fz eā dē rōnem qz aut vtraqz illaz cognoscibl obis pfecte q̄tū est cognoscibile & tūc al tera supfluit aut nō. & tunc neutra est pfecta. Adtra rōem qz tūc beatus cū ha beat intellectū agentē & possibilez potuit tunc acq̄rere scia; & po" augmentatio & alie po" q̄ erūt in bus eiusdē rōis cū nr̄is poterūt h̄c act" suos ita & adā in statu ī nocētē potuit augmētari. Ex his ista tñs & p̄slib" p̄z q̄ hec pp̄ est falsa. po" pfecte in q̄cūqz pnt in act" suos. b. n. so" est vez de imperfecto qz est in po" ad tñt nos actionū illaz potētiaz. s̄z si ab aliq̄ agēte p̄ueniente illas potētias iducti s̄ termini ad q̄s pnt esse actōes istaz p̄o" n̄ poterūt agere ad illos termios nō ppe ipfectōem sui. sed p̄p̄i pōnez termi ab a" nec p̄p̄i hoc sunt negāde ee in nā qz sūe simplē pfectōes nāe sūe ille h̄eat īmios ab illis sūe aliude. Si ponēt alia op̄. q̄ hec aia nouit oia in h̄itu mō q̄ ponēt habitus in angelo ut sufficiēs rō ad cognoscēdū oia h̄itualē ita iprobab hec op̄. & aia xp̄i sic iprobata est de angelis i 2°.

Ad questionem potest dici q̄ duplex est cognitio. s. abstractiuā & intuītuā. que dī. pbatā fuit i 2°. li. & vtraqz cognitōe pnt cognosci tā nā ut pcedit singularitatē q̄ singulare ut hoc. De cognitōe abstractiuā que. s. est obiecti sūe singularis sūe vniuersalit pfect dīci q̄ illa aia nouit oia vniuersalit sūe qdditatis habitualiter per spēs infusas quis cum illa notitia sit perfectionis in intellectu creato. eo q̄ sit passiuus respectu cuiuscūqz obiecti intelligibilis. qz nō fz in se pfectōez oīum intelligibiliū & care-

perfectione sibi possibili respectu aliis obiecti sit imperfectio in intellectu. videlicet probabile attribuere huic intellectui pfectio respectu omnis intelligibilis quia attributus angelis cum nec illa repugnet intellectui creato nec sit imperfectio in eo nec etiam incōpossibilis cognitio in vbo que ponit ppter huic aie. qz f3 Aug. 4. sup Sen. simul stant cognitio in vbo et cognitio in proprio genere. Sed hoc modo. scilicet abstractive et habitualiter. vel non nouit omnia singularia sub propriis rationibus. pura si non habet spes infusas nisi quidditatū quia ille non sunt rationes cognoscendi singularia sub propriis rationibus. sicut n. vniuersale non dicit totas entitatem singularium sic nec cognoscibilitate. et ita quod est propria ratione cognoscendi vniuersale non est propria ratione cognoscendi propriæ et distincte singulare. vel si ponit cognoscē habitualiter et abstractive singularia quantum sunt cognoscibilia ab intellectu creato. procedendū est cuiuslibet singularis propriæ esse spes in intellectu illo et ita plures spes eiusdem spes. et etiam infinitas spes infinitorum singularium possibilius. Qd si alicui non videntur attribuenda huic aie spes cognitionis nec distincta infinitorum siue per spes infinitas siue finitas potest dicī qd hec aia nouit habitualiter et abstractive aliqua singularia per proprias spes infusas. et aliqua non nouit habitualiter potest noscere illa habitualiter si illa si aut in existentia reali eo modo quo dictum fuit 2^o li. qd angelus potest acquirere notitia alii quorum obiectorum per actionem illos in intellectu suo. nec tamen potest ponere aiam illam noscere actualiter quod dirates nec singularia quia notitia actualis in genere proprio est secundum virtutem naturalem ipsius intellectus in se. non aut potest intellectus finitus ad quicunque obiecta simul distincte percipiēda conuerti virtute nati. Loquendo tamen de cognitione intuitiva que est de natura vel de singulari ut pernunt actualē existiā. Dico qd illa est vel perfecta qualis est de

objeto ut presentaliter existens. vel imperfecta qualis est opere de futuro vel memoria de preterito. hoc modo non nouit etiam habitualiter in genere proprio quod obiectum illo modo non est cognoscibile nisi ut presens in se. vel in aliquo in quo beat esse perfectius qd in se. sed cognoscere isto modo non est cognoscere in genere proprio. non nam efficiata sic cognosci sensus petri nisi esset presens in se. et ideo cum multa obiecta non fuerit nec esse poterit presentia illi intellectui secundum existentiam actualē illos non potuit habere notitiam intuitivam. Et si dicat qd potuit habere per spes infusas. Hoc fallsum est. tamen qd spes infusa representat obiectum ut abstractum ab actuali existenti qd eodem modo representat siue obiectum existens siue non existens et per se non est ratio cognoscendi ex uno ut ex multis. Tamen qd veritates cognoscibiles cognitione intuitiva de existentibus ut existentia sunt. scilicet veritates contingentes non possunt cognosci per spes qualium innatas quia ex cognitione termini non potest cognosci veritas complexorum contingentium de illis terminis quia illarum complexiorum veritas non includit in terminis. oportet igitur propter veritates contingentes que sunt de existentibus ut existentia sunt cognoscendas. habere aliquam obiecta in se presentia ut possint in se intuitivae cognosci et videri. et hoc non potest fieri in proprio genere nisi ipsis rebus in se secundum suam existentiam presentibus et ita illa cognitione intuitiva in genere proprio actualis vel habitualis non potest dari illi anime de omnibus et quo ad hoc necesse est dicere qd perfectio sicut alia et alia obiecta alio et alio modo cognoscit. Similiter quantum ad intuitivam imperfectam que relinquitur ex ista perfecta. quia de talibus pluribus perfecte intuitivae cognitionis derelictae sunt plures memorie quibus cognoscunt illa obiecta quantum ad cognitiones existentes non ut presentia sed ut preterita.

Q.**III**

Et si obiectum q̄ ex re presente nō relinquitur nisi species intelligibilis in intellectu et in parte sensitiva species imaginabilis in virtute fantastica. Hoc falius est. quia de re p̄nre non tñ relinquitur sp̄s sensibilis in fantasia sed aliqua in potentia memorativa. et ille potetie cognoscunt obm̄ sub alia et alia ratione. nā vna cognoscit obiectū secundū se absolute apprehēdēdo quidditatē cl̄. alia apprehēdit obm̄ ut in preterito apprehensum. ita q̄ apprehensio preterita est immediatū obm̄ et obm̄ immediatū illi? apphensionis preterita ē obm̄ mediatiū re cordationis ita etiā p̄nre aliquo sensibili sensui p̄t v̄tute illi? cari in intellectu duplex p̄gnitio. vna abstractio qua intellexi agēs abstractio sp̄s quidditatis vt quidditas est a sp̄e i fantasmatate. que i e presentat obm̄ absolute n̄ ut existit nūc uel tūc et alia p̄t e in sensu cognitioni i intuitiū q̄ cooperat in intellectu. et ab hac p̄t derelinqui habitual cognitioni intuitiū i meozia intellectu. q̄ sit nō quidditatis absolute. sicut fuit alia. sed cognitioni ut ex̄s qn̄ i preterito apprehēdebat ut preteriit. Hoc mō xp̄us p̄ experientiam dīdicisse d̄r multa. hoc ē p̄ p̄gnitōes intuitias. i. istoū cognitioni q̄tū ad extētiā et p̄ memorias derelictas ab eis.

Ad argumenta pat̄z ad primū per hoc q̄ textus euangelij nō est expōnendus ut tñ prosequit secundū apparetiā. q̄ scđm aug. 83. q. q. cōtra apollinaristas. euangeliste narrant historias et ideo verba eorum vera sunt ut exprimitur nō sic d̄ alijs sermonibus) tropicis scripture sacre. et hoc ē declarat auctas Ambro. et apostoli ad hebreos. quia v̄e in eo aliquis sensus proseq. n̄ q̄ aliquorum cognitionem abstractiūam habitualē acquisiuit sed intuitiūam actualē q̄ habitualē Ad illō p̄ metha. et 2. posterioz. dico q̄ illa p̄gn̄tū ad alia qd ē necessitatē in nobis et alia mō nō q̄

ad p̄gnitōem intuitiūam sp̄ ē necessitatē et quo ad hoc p̄petebat xp̄o. q̄ fuit nobiscum viator. q̄tum aut̄ ad p̄gnitōem abstractiūam nō sp̄ ē n̄c̄ius ille p̄cessus. q̄ hec p̄t h̄i p̄ sp̄es nō tñ abstractas i infusas. quibus habuit es xp̄s. et iō quo ad hoc nō fuit modus ille n̄c̄ius i xp̄o sicut in nobis. Ad 3^o dico q̄ discursus. non sp̄ facit acquirere cognitionem d̄ conclusione ad quā discurrat. sed uel sic ul̄ illa cognitione v̄i prehabita. et ita dico in p̄posito q̄ xp̄s potuit discurrere ad conclusiones quaz prius h̄uit p̄gnitōē abstractiūam. Et si obiectum p̄tra prius membrū. s. de cognitione abstractiūa singulariū scđm p̄prias rationes singularium sive omnium secundiū illā scđaz v̄i. sive aliquorū scđm t̄cīa quo poterat competere xp̄o et non nobis cū sumus eiusdē sp̄es cū eo. B̄ ista negatio n̄ ē i nobis. q̄ repugnet intellectui n̄o p̄gnoscē. n. singularia sib̄ p̄prias rationib̄ i p̄fia eodē intellectu quē mō h̄e sed p̄ statu isto int̄ n̄ mib̄ p̄gscit n̄isi q̄ pot̄ gignē fantasma q̄ n̄ imutat immediate n̄isi a fantasmatate uel a fantasmatili. éritis at singulariū n̄ ē p̄pria rō gingredi fantasmatiā. i. tñ éritis n̄aeprecedē illā étitatē singularē. ip̄a aut̄ entitas singulariū n̄ ē nata mouē immediate aliquaz potētia p̄gnitiūam n̄isi intellectu. et q̄ n̄m nūc nō moueat ē. p̄p̄t p̄nexione cl̄ ad fantasmatiā. in p̄fia v̄o n̄ est talis p̄nexio iō ibi hoc ut hoc intelligetur.

Quarto queritur. Utz aia xp̄i nouerite ia perfectissime in genere proprio R̄ndeō q̄ potest intelligi de cognitione actuali uel habituali de habituali dico q̄ perfectissime nouit. quia sicut possum est. dist. decimateria istam animam posse h̄e suminam gratiam possibilem creature ita probable est quod habeat species intelligibiles p̄fectissimas p̄ quas intellegit. Si autem queratur de actualitate

distinguendum est de abstractiva et intuitiva quantum ad abstractivam non potest perfectissime noscere ex ea parte qua intellectus est causa prius respiciens intellectum quia intellectus suus non est perfectissimus intellectus creatus et quod ista causa prius est imperfectior illa. n. elicetur secundum virtutem intellectus et obiectum punitum sine miraculo spiritu. si tamen spiritus insula alicuius obiecti in anima Christi ponitur tanto perfectior spiritus insula cuiuscumque intellectui. quanto intellectualitas anime Christi deficit ab intellectualitate alterius intellectus tunc contum stud. s. intellectus anime Christi cum illa spiritu insula potest equari toti illi. s. intellectus alterius cum sua spiritu. Et si totalis causa equatur totali. licet utrumque prius sit diuisum iequaliter utrumque prius potest se qui effectus equalis. De intuitiva cum ibi obiectum non ut in spiritu agat. sed ut in se pernas. et ut in se pernas est idem et eodem modo cum quocumque opere sequitur quod intellectus est intellectualitas est imperfectior habet illius actum imperfectio enim sed de intuitiva in verbo potest dici intellectus ille perfectissime videre. sicut et uidet verbum.

Lud quo³⁵ tantum
tendum non est.
Circa istaz. 15. dist. in qua
magister agit de defectibus assumptis
cum natura humana quero unum.
Utrum. s. in anima Christi sum portionem superiorem fuerit vero dolor. Quod non contraria non potest esse in eodem. gaudium et tristitia sunt huiusmodi. maior. probatur. tum quod dictio est maxima opposita. et ideo includitur in omnibus oppositionibus et per consequens sequitur ad omnes ita quod ad quecumque opposita secutur proportiona. Tum quia hoc vult philo. 4. met. ubi dicit quod si contraria ponantur simul in eodem sequitur contradictione verificari. Et si dicatur ad me. contraria esse si nul in eodem motu vel in mobili. quod

est a quo non simul totaliter expellitur nec tunc ad quem totaliter acquiritur simile quod mouetur dum mouetur per tempore in termino a quo et per tempore in tempore ad quem ex. 6. phibico. 7. nono. metha. Contra hoc quod non sunt simul in summo et in eodem profecto. quod sic sunt in compositione. quod quoniam sunt vnu et diminuit aliud. hic autem gaudium non diminuatur quod non fuit decens ut fructus illius anime diminueretur per actum meritorium sic acceptum trinitati ut satisfaceret per genitum humano. si dicatur ad minorem quod gaudium et tristitia non sunt opposita in proposito. quod non sunt de eodem. Contra illud circa quod sunt contraria et obiectum idem. Sed non obiectum habeant causam eandem. ita non sunt contraria et incompatibilis albus et niger sunt a contrario causis. s. calido et frigido scilicet possent fieri ab eadem causa. Sed obiectum se habet ad illas passiones ut causa effectus ergo. Preterea secundo. impossibilitas corporis est in corpore a deo glorificante et tam non patitur secundum passionem corporis ab alia causa. ergo impossibilitas et passio a diversa causis sunt incompatibilis igit per ratione in proposito. Preterea. 3. impeccabilitas aie ex hoc principali potest quoniam et iungitur secundum timore immediate. et tamen cum hoc non stat per ipsa sit peccabilis circa quodcumque aliud obiectum. ubi est tanta dilecta in proposito quod obiectum circa quae sicut opposita illa. Preterea. 7. ethibico. delectatio vehementer expellit tristitia non tamen oppositam sed et diligenter. igit de ato quod non sunt contraria adhuc tamen gaudium excellens de uno excludit oenam dolorum. Confirmatur quod per Auctor. 6. natum. p. 4. c. 5. potentie natales in tenebris mutuo se impediunt actionibus suis inter se. quod patet in rapto pauli in quod nesciuit utrum in corpore vel extra corpore viderit achan illa de quod loquitur et ad coram. igit multo magis videatur quod potentia eadem ex vehementi operatione et passione circa unum obiectum impedit se ipsum circa aliud

Q.

objectum in operatione et passione. Confirmatur etiam p. i⁷. ppositio de causis ois uirtus vnitam maior est et p. pns di spia minor. Preterea gaudium sequitur dilato cordis et tristitia stricto igitur non pot est simil. non enim sibi pot cor dilatari et pstringi. Preterea nullum in lra videt expresse remouere tristiciam vnam et dolorum a christo. Contra yslai. 53. vere do lores nros ipse portauit. Preterea tenebit in persona christi. videte si est dolor sic dolor meus. sed omni dolore non attige portionem superiori aie. pot est maior dolor. sicut et omni gaudio in portione alia pot est maius. illud quod est in portione suprema. sicut patet in beatis. Preterea christus meruit in sua passione. meritum principaliter consistit in superiori portione. Preterea satissim p. peccato Adae. Adam autem peccauit secundum portionem superiorem igitur ibi illa satissim christus. satissimatio. n. d. e. f. m. illud f. m. p. peccatur. Preterea mors christi fuit violenta et inuoluntaria et tristis. an probaratur quia tunc non fuit naturaliter mortuus. nec absolute mors est naturalis sed pena nature lapse. Preterea Dam. li. 3^o c. 28. est timor naturalis nolente anima diuidi a corpore. ppter eam a principio a conditore ipsi naturale passionem et familiaritatem propter quod enim tieetur malum imminens. propter id est tristitia de malo presente. igitur p. naturalem legem impositam a conditore tristabatur anima illa de passione. et p. co sequens quantum ad portionem superiori est ad illam pertinet respicere legem a conditore impositam qua iudicatur huius regulas eternas. Preterea idem ibidem. nequaquam dimittas passiones assuit circa patiens corpus. neque turbationes et tristiciam de intra citra animam turbat et tristata neque mestus est et orat contra intelligentiam mentis et orationem p. intelligentiam aut significat saltus aliquod excedens sensualitate. Preterea super illud p.

I.

repleta est malis anima mea. dicit Au. non vici sibi penit. igitur quilibet portio.

Hic distinguitur.

de superiori portione. ut est natura. et sic dolet. quia fundatur in anima dolore vel ut ratio et sic non doluit quod non per comparationem ad omnem quod respicit. Contra illam dicitur. arguitur. nullum predictum dicitur inesse alicui ratione inherenter alicuius quod accidit sibi sic non de hoc sibi musicam edificat. Ita musico accidat edificare sine edificatore esse. igitur nec portionem superiorem dicitur aia dolere. sed tamen alicui accedit accidentaliter coniuncto portionis superiori insit dolor. Confirmatur vero quod sic possit dici aia intelligere finem voluntatem ut nam non ut uoluntas. quod ipsa aia uel nam que est voluntas uel in quod est voluntas intelligit. Preterea anime ut distinguitur a potentia uel potentia non ponit dolere sicut nec respicer obiectum de quo doleat sed ipsa est tantum una huius se in portione inferiori et superiori ut non respicit aliquod obiectum. et ut est tamen actus primus igitur ut est una in illis duabus portionibus non pot est ratio. ppter quam altera earum doleat igitur propter animam que est eadem portioni inferiori dolenti. non dicit doler portio superior quod non est ei eadem. Preterea si ut natura conuenit dolere hoc maxime conuenit sibi propter separationem eius a corpore. quia sibi ut natura conuenit perficere corpus et naturaliter inclinari ad corpus. sed pnis est falluum quia in separatione eius a carne fuit facta impassibilis. igitur tunc non tristabatur.

Ad solutionem ha

ius. q. pmitreda est auctas Aug. 14. de c. c. 15. ubi dicit sic. dolor carnis tantum offensio est aie ex carne. et quedam ab eius passione dissensio sicut animi dolor quod tristitia nuncupatur est ei dissensio ab his rebus que nobis nolentibus accidunt.

g. 2

Ex hoc patet dicitur inter dolorem proprie di
ctu*z* qui s. in animo ex carne. et primo
est partem sensitivam. et tristitiam proprie
dictam que inest animo secundum le. et
primo est voluntatem intellectuam.
Ad huius ergo questionis solutionem
primo videndum est quid sit dolor. et
quid tristitia accipiendo vocabula hic
proprie. 2^o. quomodo verum dolor sit i
anima Christi. et est quam potentiam et de
quo obiecto. 3^o de tristitia. et ibi primo
si ipsa infinitus est portionem superiorem
et 2^o an infinitus secundum portionem in
feriorem. et de quibus obiectis. De primo
dicitur quod prima radix doloris est immu
tatio offensiva vel corruptiva dispositi
onis conuenientis nature sicut econtra
prima radix delectationis est immutatio
salutativa dispositionis conuenientis na
ture. 2^o et prima radix est apprehensionis
huius mutationis nec sufficit secunda
radix sine per alioquin beatum post resurre
ctionem possit dolere. quia si esset in igne
perfectissime apprehenderet summum
calidum non tamen ledetur ab eo. et
ita si sola apprehensionis sine immutatio
prima sufficeret possit beatus dolere ex
istens in igne afflictivo. Sed de appre
hensione distinguitur. quod aliud est ap
prehensionis. aliud perceptio. quia appre
hensionis sensitiva habet pro obiecto ipsum
sensibile putat apprehensionis visus colorē
auditus sonum. sed perceptio annexa
apprehensioni habet pro obiecto nocti
uum tristans vel proficuum letificans
sensem. et hec intentio conuenientis vel
disconvenientis habet vi rei ad mouen
dum ad passiones quales res ipsa posset
facere. sicut patet per philosophum. li. de
motu animalium quod fantasma mo
uer aliquando ut res ad calefactionem
quidem et frigescionem. et modica im
mutatio cordis facit magnam immutati
onem corporis sicut magnam immutatio
nem in nauis facit modica immutatio in
gubernaculo nauis. igitur ille intentio

nes virtutez obiecti habentes possunt
mouere ad passiones animales. ut do
lorem et gaudium et concomitante ad
passiones naturales corporis secundum
calidum et frigidum. sic ergo dicitur quod
apprehensionis est tantum causa sine qua non
ut radix secundo respectu doloris. sed
perceptionis est causa propter quam sit ipsum
autem obiectum precedit ut causa
per se et propter istam rationes motus
quam habet intentio conuenientis et no
ciui ad passionem animaliem sicut et ob
iectum quod illa intentio circumstat habet
rationem motus ad istam passionem
naturalem corporis. quam concomitat
illa passio animalis. Contra ista. primo
videtur quod illa prima radix sit nulla. quod
est cum sicut in dolore est immutatio cor
ruptiva dispositionis conuenientis nam
ita in delectatione est immutatio induc
tiva vel salutativa eiusdem. sed ista imu
tatio nulla videtur esse. quia quero ad
quem terminum est. non ad primam sensa
tionem. quia precedit eam sicut prima
radix secundam. nec multomagis ad se
lationem sequentem passionem. quia ista
sequitur utramque radice. igitur ipsa est
ad utramque dispositionem ut ad pri
mam et minima que naturaliter precedit omnem
actum tamen sensus quod etiam potest delectan
tis vel tristantis. sed nihil tale videtur
necessarium ad delectationem. quod nihil pre
cepit ambo ista nisi forte species. sed si
species praeufigit in virtute fantastica
conseruante species. nihil minus posset
est conseruatio necessaria. et omnis radix
necessaria ad delectationem debet tamen
conseruari si etiam sensatio fieret non mi
nus posset esse aliqua delectatio. quia non
minus est operatio perfecta quam con
comitantur delectatio secundum philo
sophum. et ethicorum. preterea quod et radix
sufficiat sine prima. probatur. quia licet
organum sit corpus naturale et ideo pas
sibile passione naturali tamen in qua organum
est mixtum ita quod est in media

portione sensibiliꝝ. hoc modo natū est immutari imutatione intentionali ab obiecto inquātū sensibile. et hoc mō aliquod obiectum est sibi conueniens et aliquid disconueniens et per consequens etiam aliquid delectans et ali- quod affligenſ. Igitur licet circuſcribat omnis acto prior ista actōne intentione li ab obiecto. si ipa sit alicuius obi diſ conuenientis in organū sensus uel in sen- su. sedt dolor maſteſte et h° uidet quibus danſensibilibus quoꝝ ſensationibus licet inducat diſpō ſaluas naturā indi- tu idu. tñ ipa affligunt ſi ſint disconue- nientia ſibi uel organa ſensuſ. ſicut de amara portione de qua dolet gulfus. Iz ſit ſalubris in irmo. ſolus. n. ſenſuſ tac- tuſ dat' ē animali a natura. ut p ipz p̄ci- piat corruptiuſ naturē et ea fugiat et ibi concomitant conuenientia uel diſcoueni- enſ nature et ſenſuſ ut ſenſuſ. et ſic cōco- mitantur ibi due immutationes quaz tñ vna eſt alterius ratōniſ ab altera. et poſſit illa que eſt ſenſibilis in ſenſuſ eē ſine alia et eōuerſo. et ita diſcouenientia in vno eē ſine diſcouenientia in altero. et ita dolor ſine illa pma radice. Quod obiectur de beatis tāgetur. in. 4. qmō corpa beatorꝝ noſ pateren in igne. Et tra illud de differentia perceptionis et comprehensionis quia videtur ꝑ vnl potērie non ſit niſi vnl perfectus actus ſimul. Igitur ſenſuſ circa obiectū ſuū non ſunt ponēti ſimul duo actus. licet idem ut pfectus poſſet dici pceptō et ut imperfectus poſſet dici apprehenſio. Unde apprehenſio dicitur quando propter diſpoſitionem ſentientiſ in ius oc- cupati ppter operationem uel circa ac- tionem aliaꝝ potentiaꝝ operatio ſenſuſ eſt imperfecta. ſi etiaꝝ iſta deberent diſtingui magis videtur perceptio finita a dolore quam apprehenſio. quia magis videtur delectabilis operatio ꝑ exprimit perceptio ꝑ paſſio. quaz uideatur exprimere apprehenſio. Quod eti-

am videtur dicere de obiectis perceptō- nia ſenſitivē. quod ſunt intentiones no- videtur verum: quia nullus ſenſuſ po- test illas relationes percipere. ſed tātū aliqua absolute que ſunt principia mo- uendi relationes non ſunt pincipia mo- uendi ſenſum aliquem ad actum quē- cumqz. Similiter ſi iſta ponantur eē obiecta alterius actus ab apprehenſio- ne. videtur ꝑ oꝝ poſſe duos ſenſuſ vi- ſuſ et duo ſenſuſ audit'. et ſic de alijs qz alii pcipiat colorē vel ſonū: et alter p̄ci- piat intentiones illas circumſtantēs. qz ſecundum ipa obiecta diſtinguuntur poſtentie. Quod adducunt de motu animalium non eſt ad hoc ꝑ ille inten- tiones conuenientia et noſciuſ cauſent ip- ſas paſſioneſ corporis quas concomi- tātūr animaliſ. nec ipſas paſſioneſ an- maleſ. ſed magis eſt ad hoc ꝑ illa obie- cta ſenſibilita que reſucent in fantasma tib' ſive ipa fantasmata rōne obiecto- ruſ cauſenſ tales paſſioneſ. et iō iſta litte- ra fac ad h° ꝑ n̄ oꝝ poſcre alias rōne ob- tieſ cāntē dolore ꝑ q ſūt in fantasma.

Alliter potest dici ꝑ ſic generaliter actiua et paſſiua ſunt quedā- ne absolute puta calidū. et alioꝝ absolute calefactibꝝ et ſup iſta absolute ſūdāt q dā relationes ſecundū ꝑ hec paſſiua in- clinantur ad hec actiua. ut ab eis recipi- ant formam ad quam ſunt in potentia paſſiua et quando ipa ſic proporcional- ta approximantur. ibi eſt aliqua relatio approximationis mutue ad quem ſe- quitur paſſiuum recipere formam ab actiuo huius tamen actionis in actiuo non fuit ratio relatio aliqua precedēs puta relatio actiui ſive approximatōis ſed iſte relationes erant cauſe ſine quibꝝ non ſed ratio fuit ipa natura absolute actiui ſic in pposito poſſet dici quod h° absolute ut viſuſ inclinatur ad al- quid ut ad extrinſecum perfectiū ſuta ad album perfectiū ſive pulchrum. 3

econuerso, relatio terminantis relationem inclinati ad inclinans dicitur conuenientia. que ut accipitur in omnibus sensibus non est relatio equiparantie. sed disquiparantie. prout conueniens dicit illud ad quod sensus inclinatur ut ad aliquid perfectum extrinsecuz. et disconueniens a quo declinat ut a corruptu et offensu extrinseco. nec est alia ratio quare visus inclinatur sic ad album nisi quod uisus est talis natura et al bum talis. sicut nec est aliqua ratio qua re materia inclinatur ad formam ut ad perfectionem extrinsecam nisi quia materia est talis entitas absoluta et forma talis. hunc autem respectum fundatus in absolutis istis sequitur approximatio que tunc est maxima quando album in se presens et ut presens videtur a visu vel percipitur. ex hac approximatio ne sequitur quod illud quod inclinatur recipiat a perfectu illo ad quod inclinatur aliquam perfectionem que perfecto dicitur delectatio. que quia non est in potestate passuum in presencia agentis dicit esse passio. licet sit vere qualitas. et non de genere passionis ut est predicamentum. ut alias dictum fuit. et propter similem rationem dicitur passio ipsa intellectio licet sit vere qualitas. et sicut intellectio haber aliquid preter illam rationem. scilicet respicit obiectum ut actuum. ita et illud respicit causam effectuum a qua est sicut passio. ita quod ex istis duobus dicitur quod hoc est actio et illud passio. ratio igitur causandi delectationem istam non est conuenientia que sunt relatio in obiecto nec etiam presentia per perceptionem que est alia relatio quam approximatio agentis ad passum. sed sola forma absoluta super quaz fundabatur relatio obiecti est ratio causandi istud absolutum quod est delectatio in illo absoluto quod inclinabatur ad hoc absolutum ut ad perfectum extrinsecum

ita etiam per oppositum de dolore. quod absolutum quod inclinatur ad absolutum conueniens declinat ab absolu to corruptuo. quod dicitur disconuenientia ut referunt ad potentiam. et si secundum approximatio. tunc est sequitur ex hoc impressio huius passionis que est dolor contra inclinationem ipsius recipientis ut forma intrinseca. sicut actum est contra eius inclinationem ut extrinsecum. Quod ergo communiter dicitur quod conueniens delectat et disconuenientia tristat hoc non debet intelligi causaliter. quia si conuenientia et disconuenientia sint rationes causandi delectatione et dolore in potentia. sed abstrahim' quasdam rationes generales ab ipsis absolutis distinctis quod puenit effectus ille quod est delectare. et ab illis quibus conuenit effectus ille qui est causare dolorem et illas rationes conuenientes vel disconuenientes vocamus sicut dicimus omne actuum approximatim passo agit in illud actuum et passuum non sunt rationes agendi nec partendi. loquendo de istis relationibus quibus circumloquimur absolu ta. Si queritur cui imprimitur illa forma: que est delectatio vel illa que est dolor et cuius sit talis inclinatione in anima. an. scilicet sensitio vel appetitio. Respondeo possumus distinguere potentiam qua anima potest hoc apprehendere et qua inclinatur in hoc ut imperfectum extrinsecum. que inclinationata est terminari apprehensione sola precedente. et ita sicut sensui per se attribuimus apprehendere ita videtur quod sic inclinari. scilicet terminatio talis inclinationis sequatur apprehensionem conuenientem appetitum sensuum. Nam propter nihil aliud ponimus appetitum sensuum quam propter talem inclinationem et eius terminationem sine delectationem consequentem apprehensionem et ita cum eiusdem potentie sit forma ter

minans culus erat inclinari. delectatio erit in appetitu qui inclinabatur. Hoc confirmatur per Dam. 28. animalium passionum terminus. i. d. finitus est iste passio est motus appetitus virtutis se sibilis in imaginatione boni et mali: se sibilis ponitur pro perceptibili. quia sensibilis non perceptibilis non dicitur proprius passio animalis. in imaginatio ne boni et mali ponitur ut causa quia il lud absolutus quod est bonum vel malum quod dicitur conueniens uel discouueniens est causa huius passionis. ima ginatione. i. sensatio in communi est qua si approximatio agentis ad passionem. Preterea virtutes morales ponuntur in appetitu et non in parte cognitiva ut distinguitur contra appetitum. et ponuntur potissimum propter delectationes et tristitia vitandas. igitur huius passiones sunt in eadem parte et non in cognitiva. Quod igitur dicit Aulus. 8. me thia. qd delectatio est coniunctio cuiuslibet virtutis cum conuenienti. accipit sibi virtutem ut includit cognitivam et appetitivam suam propriam quia que libet virtus cognitiva habet suam propriam appetitivam nec potest perfecte coniungi cum conuenienti nisi secundum utrancum coniugatur et propter proprietas etiam accipiuntur tanq; vna potentia. sunt enim inseparabiliter coniuncta qd operatio et delectatio. quas philo. decimo ethico. dicit non posse ab inuicem separari. et iō videri eadem. vnde tales predicationes sunt causales. Ulterius de tristitia quantum ad aliquid est similiter dicendum. et quantum ad aliqd non. nam appetitu sensitivo est aliquid absolutum ex natura sua conuenienter ut perfectum extrinsecum. et aliquid disconueniens ut corruptiu3 extrinsecum pro eo quod ille appetitus naturaliter se habeat ad obiectum. Unde secundum Dam. ybi supra. dicitur et non dicit.

non sic obiectum comparatum ad voluntatem que libera est. licet aliquid ex natura sua sit conueniens voluntati puta ultimus finis. tamen sit ultimata conueniens sibi per actum voluntatis acceptantis. et complacentis sibi in illo et tali conuenientia posita pura per vel le obiecti et disconuenientia per nolle. et ita relationib; conuenientis et disconuenientis et comitantib; relationes voliti et noliti sequitur approximatio huius obiecti. s. ap phesio circa volitum vel nolitum. et ex hoc ultimo dicitur sequi in voluntate passio ab ipso obiecto sic plente. s. gaudiu vel tristitia. Quid autem tristitia prope sumpta sit passio voluntatis videtur. quia non est aliqua eius operatio quia non velle. pater. nec est non velle vel nolle. probo: quia deus et beati possunt sumere non velle. non tamē possunt tristari quia non possunt cuenire illa respectu quorum habent nolle. tristitia autem est ob his que nobis nolentibus accidentur fuit Augi. Preceia deus summe nolens aliquid prohibet ne illud vnde cueniat. sed posito tali nolle in voluntate et ponatur illud nolitum cuenire tristabitur. et eo magis qd magis noluit. ex diffinitone tristie fuit Augi. erit igitur in eo aliquid quod prius non fuit. quia prius non tristabatur. fuit non est in eo aliqua operatio nec simpliciter nec secundum aliquem gradum fuit quem non prefuit. Non est etiam passio illa in voluntate ab ipsa voluntate esse etiue. quia tunc esset immediate in potestate voluntatis sicut volitio et nolitio. sed hoc est falsum. quia nolens aliquid si illud cueniat non videtur immediate habere tristiciam in potestate sua. si esset etiam a voluntate ut a causa esse etiua esset eius operatio ut velle quod est ab ea. Si obiectum qd tunc obiectum necessario ageret in voluntatem imprimendo illam passionem. quod videtur esse contra libertate voluntatis

Respondeo voluntas non necessitatur simpliciter ab obiecto sed inter ipsam & obiectum est aliqua necessitas p̄nic. sic si uolo necessario volo. & ita si stat nolūtio alicuius obiecti & illud nolitum euenit videtur necessario sequi tristiciam posse fieri in uolūtate. Exemplum poterit de libero tenente terram oneratam seruitute in cuius potestate nō est immediate non seruiri. sed in eius potestate i mediāte ē non tenere terram illam & mediāte hoc non teneri ad seruitutem Ita in p̄posito immediate in potestate voluntatis est non nolle & mediante h̄ non tristari. quia non erit sicut nolituz Et si queratur quare non potest voluntas recipere nolitionem ab obiecto si cut passionem illam a nolito. Respondeo. voluntas ut voluntas libera est sed ut nolens non est formaliter libera. q̄z habet formā determinatā ad vnum que ē ipsa nolitio. Iz autē liberz vt liberz non imēdiate patiatur ab alio: tamē ut determinatum ad vnum oppositoruz quod est sibi forma naturalis. potest p̄ illam formā determinate se habere ad vnum oppositum & non ad vtrumq.

Terter illū modū
tristandi qui videtur melior quādo. s. obiectum sit disconueniens p̄ nolle voluntatis. videatur dubiū de disconuenientia alia ipsius obiecti. vtruz sufficiat ad causanduz tristiciā. ut si est obm̄ disconueniens naturaliter & non nolitū libere uel si obiectum est disconueniens appetitu sensitiuo & sibi triste erit p̄ hoc sufficienter disconueniens voluntati ppter colligātiā voluntatis cum appetitu sensitiuo. dū tñ ostendat sibi per intellectuz Quantum ad primū posset dici q̄ disconuenientia naturalis obiecti siue nolituz ab ipsa voluntate ut naturali abs q̄p̄ hoc q̄ illud obiectum sit nolitū nolle elicito sufficit ad tristiciaz voluntati quod declarat. q̄ secundū Aug. i ench.

